Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308220-p0001-1

Sbd

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii directore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308220-p0002-7

# ELEGIA
IN
OBITVM MAXIME LVCTVOSVM
VIRI
DVM VIVERET
PERILLVSTRIS EXCELLENTISSIMI
ATQVE CONSVLTISSIMI
DOMINI
# IVLII GOTHOFREDI SCHLVTERI
SERENISSIMI BRVNSVICENSIVM AC LVNEBVRGENSIVM
DVCIS
SENATVS ECCLES. ET CONSISTORII PROVINCIALIS DIRECTORIS
A CONSILIIS IVSTITIAE SANCTIORIBVS
NEC NON IN COLLEGIO QVOD COENOBIALIA CVRAT
CONSILIARII PRIMARII
RELIQVA
PATRONI AC COMPATRIS
ETIAM POST FATA DEBITA ANIMI
PIETATE PROSEQVENDI
D. II. APR. A. R. S. cIↄIↄCCLVII. POSTQVAM VIXIT ANNOS LXII.
MENS. II.
ANNO CLIMACTERICO MAGNO
FATIS FVNCTI
DIE PARASCEVES VERO, QVI ERAT VIII APRIL.
INTER CAMPANARVM MVRMVRA RAVCA MAIORVM TVMVLIS ILLATI
AD
VIRVM
PRAENOBILISSIMVM ATQVE DOCTISSIMVM
DOMINVM
# GEORGIVM HENRICVM BRANDES
MONASTERII S. LAVRENTII ANTE SCHENINGAM
PRAEFECTVM SPECTATISSIMVM
PATRONVM OMNI OBSEQVIO ATQVE OBSERVANTIA
COLENDVM
BEATI DN. DIRECTORIS ADFINIS
MORTEM PIO ADFECTV LVGENTEM
TRANSMISSA
A
IVLIO BERNHARDO BALLENSTADIO
ART. LIB. IN LYCEO SCHENING. CVLT.

---

HELMSTADII
LITTERIS V. B. SCHNORRII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308220-p0003-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308220-p0004-8

Quid gemitus celem triſteſque, PATRONE, dolores;
Quid tacitis ſemper mens erit aegra malis?
Rumpere nunc tandem taciturna ſilentia cogor,
Quaeque premunt dudum, promere corde meo.
HASSELIVS cecidit, Supremus Guelfica in Aula
Praeſul; SCHLVTERVS nunc quoque MAGNVS obit,
Funera ſi deflet merito pia filia matris,
Si luctum in patris funere natus agit:
Quis me culpabit, vitio ſeu quis mihi vertet,
In gemitus quando ſolvor et in lacrumas.
Luſtricus ad ſacrum fontem mihi Teſtis uterque:
Hinc utriuſque pio nomine dicor ego.
VOS mihi FAVTORES ſtudii reperiſſe videbar;
Sed fundo ventis irrita vota feris.
Mors rapit, heu! pariter iuveneſque viroſque ſeneſque,
Mors quoque VOS, PATRES, ſub ſua iura vocat.
Bini ſunt anni, HASSELIVM quod lugeo ademtum,
Quique dolor dudum fugerat, ecce redit.
Sic hominum vita eſt, ſemper res plena tumultu;
Semper et infeſtis improba vita malis.
Namque mali alterius finis tibi cauſſa futuri;
Nec clades ulli ſola venire ſolet.
Serius ad coelos is ſaltem, MAXIME FAVTOR,
Iret SCHLVTERVS, ſaepe precatus eram.
Hoc erat in votis, fruſtra ſed vota fuere:
Migrat ad aethereas MENS GENEROSA plagas.
Migrat Iuſtitiae et Themidos ſacer ille Sacerdos,
Sanctarum Legum gloria, Iuris honor.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308220-p0005-4

Nec TVA vel pietas, nec morum gratia ſumma,
Conſilium prudens, flexanimiſque dea:
Ingenium vivax, ſtudium, labor impiger, uſus,
Irreprehenſa fides, pacis amica quies:
Virtutum chorus omnis, amor rectique bonique
Parcarum poſſunt flectere progeniem.
Ante alios fidum A CAROLO TE PRINCIPE Achatem,
Gaudia quid dici Deliciaſque iuvat?
Conſilio patriae ſanctum rexiſſe Senatum,
Volvere quid leges atque revolvere eas?
Suſcepiſſe etiam pro relligione labores,
Et veluti myſtam dogmata noſſe ſacra?
Quid Rhodanum, Ligerim celeremque bibiſſe Garumnam,
Quid vidiſſe etiam Belgica rura iuvat?
Quid TIBI Gallorum libaſſe tragemata linguae,
Quid gentes prodeſt noſſe poloſque alios?
Quid mores hominum, multas vidiſſe quid urbes,
Quid ſuperaſſe iuvat mille pericla viae?
Vna dies rapuit TIBI multo parta labore,
Haec et plura TIBI nunc rapit una dies.
Fallor: nil rapuit TIBI mors, nil abſtulit hora:
Tantum nomen enim Muſa perire vetat.
Fit meritis vivax virtus experſque ſepulchri,
Iuſtitiamque polo docta Thalia beat.
Vivet honos nomenque TVVM, SCHLVTERE, per aeva;
Aër dum volucres, amnis habebit aquas.
Interea has lacrumas atque haec ſuſpiria cordis
Accipe pro meritis, COMPATER, ima Tuis.
Quam vellem grates alia ratione referre!
Nunc tamen officium ſentiat urna pium.
Plura dolor lacrumaeque vetant: VIR MAXIME, ſalve!
Inque beatorum ſede beatus age!

78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
evtl. nicht vergeben!

ULB Halle 3
002 108 178

5b.

YD17

R.410

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308220-p0007-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308220-p0008-0

59

# ELEGIA
IN
OBITVM MAXIME LVCTVOSVM
VIRI
DVM VIVERET
PERILLVSTRIS EXCELLENTISSIMI
ATQVE CONSVLTISSIMI
DOMINI
# IVLII GOTHOFREDI
# SCHLVTERI
RVNSVICENSIVM AC LVNEBVRGENSIVM
DVCIS
ET CONSISTORII PROVINCIALIS DIRECTORIS
NSILIIS IVSTITIAE SANCTIORIBVS
COLLEGIO QVOD COENOBIALIA CVRAT
CONSILIARII PRIMARII
RELIQVA
NI AC COMPATRIS
M POST FATA DEBITA ANIMI
PIETATE PROSEQVENDI
cIↄIↄCCLVII. POSTQVAM VIXIT ANNOS LXII.
MENS. II.
CLIMACTERICO MAGNO
FATIS FVNCTI
VES VERO, QVI ERAT VIII APRIL.
NARVM MVRMVRA RAVCA MAIORVM TVMVLIS ILLATI
AD
VIRVM
ISSIMVM ATQVE DOCTISSIMVM
DOMINVM
GIVM HENRICVM
RANDES
S. LAVRENTII ANTE SCHENINGAM
EFECTVM SPECTATISSIMVM
MNI OBSEQVIO ATQVE OBSERVANTIA
COLENDVM
N. DIRECTORIS ADFINIS
M PIO ADFECTV LVGENTEM
TRANSMISSA
A
BERNHARDO BALLENSTADIO
T. LIB. IN LYCEO SCHENING. CVLT.

HELMSTADII
TERIS V. B. SCHNORRII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-308220-p0009-9